

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Secunda Secundæ Et Tertia Pars Divi Thomæ Complectitvr -  
Qvæstiones Insper Ad Mores, & praxim spectantes, maximè circa  
Sacramenta, accuratè declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1664**

Sect. IV. Adiunctur nonnulla circa dispositionem ad reviviscentiam  
Sacmentorum neccessariam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13826**

procedit quæstio: unde etiam in aliis rebus dispositiones requiruntur, non ut causa sit, sed ut operetur, calor scilicet intensus in passo, non conductus ut ignis producturus alium ignem, sit, sed ut formam ignis in subiecto producat.

XIII.  
Objec. Sa-  
cramenta  
applicari  
non debere  
ad effectum  
insertum.

Dices secundum cum Patre Coninck citato, non debere applicari Sacra menta ad effectum incertum, hoc autem sequi videtur in nostra tentiâ, jam enim Baptismus est collatus, effectus vero est incertus, cum major vel minor esse possit pro diversitate dispositionis. Respondetur, Deum non applicare merita Christi per Sacramentum ad effectum incertum; per Sacramentum enim siq[ue] suscepimus non omnino applicat Christi merita ad illum effectum, nec nisi positis dispositionibus & omnibus ad effectum requisitis: sic etiam non applicat Deus concursum suum cum causis naturalibus ad incertum effectum, sed prævisis dispositionibus in particulari ad hoc vel illud metallum concurrens cum Sole ad illud producendum, cum dispositionibus ranae ad ranam, plantæ ad plantam, &c.

XIV.  
Etiam juxta  
adversarios  
non semper  
applicantur  
Sacramenta  
ad certum  
effectum, non  
prævisis dis-  
positionibus.

Idem cum proportione est de Sacramentis, praesertim cum etiam juxta adversarios plura vel pauciora peccata venialia per Baptismum vel primò collatum, vel reviviscentem tollantur juxta diversitatem dispositionis, ergo universim non est verum applicari per Sacramentum merita Christi effectum, non ad certum effectum non prævisis dispositionibus. Antea ergo non erat voluntas omnino absoluta, sed conditionata, positis autem conditionibus transit in absolutam.

XV.  
Objec. Ergo illi, qui sicut accedit, pro-  
bominis illi  
peccatum  
G. scilicet pro-  
dib.

Dices tertio: Ergo illi, qui sicut accedit, probatur. Ergo deß fictio illa & peccatum, qui enim recipit Sacramentum cum attritione ut duo, minus gratia sacramentalis accipiet quam alter, qui sicut accedit, & postea atteritur cum dolore ut decem. Respondetur, hunc plus gratia recipere, non tamen ratione peccati, sed melioris dispositionis, peccatum vero aut indispositio potius ei nocuit, cum efficerit ut gratia toto illo tempore caruerit, si enim ad Sacramentum dispositus accessisset, gratiam tunc accepisset, & si cum perfecta dispositione, gratiam intensam.

## SECTIO QUARTA.

Adjiciuntur nonnulla, circa dispositio-  
nem ad Reviviscentiam Sacra-  
mentorum requisitam.

I.  
Baptismus  
per Contri-  
tionem revi-  
viscens plus  
gratia con-  
ferti, quam  
reviviscens  
per attritionem.

S EPTIMA conclusio: Quando Baptismus revivisicit per contritionem, plus gratia conferatur subiecto, quam si per attritionem revivisceret. Probatur primò, quia contrito est melior dispositio, quam attrito, ergo vel ex hoc capite perfectior erit illius effectus. Secundò, quia sicut in naturalibus pluralitas causarum juvat ad perfectiorem effectum, ita & in supernaturalibus; cum ergo hic concurrat simul contrito & Baptismus, effectus erit præstantior. Quod etiam dicendum, si quando forte duo Sacra menta, Baptismus exempli gratia & Pœnitentia simul in eadem gratia collatione conjungerentur: de quo postea.

II.  
Baptismus  
per contri-  
tionem re-  
viviscens  
non dat pri-

Conclusio octava: Quando Baptismus revivisicit per contritionem, Baptismus non confert primam gratiam, nec auferit peccatum, sed solumenta augmentum gratiarum, saltem formaliter loquendo, nam realiter forte utraque simul pri-

man gratiam producit, ac proinde in hoc sensu formaliter non ex æquo tanquam una vel duplex <sup>mam grā</sup> ~~stam~~, sed causa totalis, ut volunt recentiores aliqui, con- <sup>gratia aug-  
mentum.</sup> currat Baptismus & contrito ad eandem gratiam, sed contrito in hoc casu dat primam gratiam, Baptismus illam auget: ita Vasquez disp. 159. cap. 3. num. 22. & clarius disp. 160. c. 2. n. 24. ac probabile putat Coninck quæst. 62. art. 1. d. 6. num. 10t.

Secunda pars conclusionis manifestè sequitur ex primâ; si enim contrito pro aliquo priori ope- <sup>III.</sup>  
retur, quam Baptismus, & in illo priori gratiam aliquam conferat, jam pro illo priori peccata omnia remittuntur, ergo operatio Baptismi in posteriori naturæ subsequens, esto ad gratiam ali- <sup>Oferatur  
Sacramenta  
in his casu  
non conferte  
primam gra-  
tiam, sed tā-  
tum gratia  
augmentum.</sup>

Prima itaque pars: Quod scilicet contrito in hoc casu pro aliquo priori tollat peccata omnia, probatur; contrito est dispositio requisita ut bap- <sup>IV.</sup>  
tismus operetur & gratiam conferat, sed pro illo priori confert gratiam, ergo pro aliquo priori confert gratiam, quam eam conferat Baptismus. <sup>ad effectum  
Baptismi,  
ergo pro illo</sup>  
Confirmatur: Contrito ut conferat gratiam eß priori ejus in dependens à Baptismo, sive enim est in hoc casu aliquis Baptismus, qui revivisceret, sive non, gratiam conferret; nec enim minores habet vires contrito in his circumstantiis, quam in ullis aliis, sed Baptismus ut gratiam hic & nunc conferat pender à contritione, ergo contrito in collatione gratia est prior, quam Baptismus, ergo pro illo priori operatur, & peccatum tollit, ergo pro posteriori non potest illud tollere Baptismus, sed solum gratiam per contritionem datum augere.

Secundò probatur: In composito aliquo semper pars est prior toto, ergo contrito hic in producione gratia prius est operativa, quam Bap- <sup>V.</sup>  
tismus: pater consequentia, contrito est pars, & ut pars seu secundum se sumpta, est apta pro- <sup>Parte posteriore  
cum ergo  
Contrito  
hic sit pars  
Baptismi ut  
operativa,  
ut totum, seu quod non operatur nisi erit prior  
ut conjunctum cum alio est posterius in virtute illa,  
operandi illo quod non habet hujusmodi dependentiam, & ut pars etiam aptitudinalis operatur,</sup>

ergo.

Probatur tertio: Baptismus est potens pro- <sup>VI.</sup>  
ducere gratiam uno signo seriùs quam contrito, ergo pro illo priori signo aget contrito, & in quo Baptismus est potens producere gratiam, jam gratia existit, ergo non potest esse effectus Baptismi, cum causa & effectus pro eodem signo esse non possint.

Dices: Quod una ex concavis sit natura posterior aliâ non obstat quo minus per modum unius causæ totalis concurrens simul possint ad certum aliquem effectum; sic enim licet species visibilis materialiter producatur ab oculo, in quo recipitur, de facto tamen simul cum oculo concurrit ad actum visionis, nec prius concurrens oculus quam species, vel è contra, sed utrique in- dividibiliter respondet effectus. Respondetur, latam esse disparitatem; nec enim oculus solus sine specie, nec species sine oculo potens est producere visionem, ac proinde neutra causa est pro illo priori apta operari quam totum, hic vero. Contrito est causa sufficiens sine Sacra mento, non econtra. Unde in exemplo allato, si oculus solus sine specie esset potens producere visionem, pro eodem signo quo speciem producit, producet visionem; species autem tunc cum

cum oculo ad visionem non concurret nisi pro signo sequente, sive vel ad illam conservandam, vel intendendam.

VIII.  
Aliud hic est de Confirmatione & Baptismo, ac de duabus aliis meritoriorum circa augmentum gratia.

Unde non est paritas in exemplo quod afferunt, ad suam sententiam declarandam, dicunt enim eodem modo se habere in hoc casu contritionem & Baptismum ad primam gratiam, sicut se habent duo actus meritorii in eodem instanti eliciti ad illius augmentum, ad quod respondeo, vel actus istos meritorios esse inter se subordinatos, fidem exempli gratia & Charitatem, tunc autem dico nullam esse rationem cur cum fides sit prior charitate, non possit prius quam illa operari, & meritorii augmentum gratiae, cum operetur instar cause necessariae: si autem ponantur duo actus meritorii disparati, ut actus patientiae & temperantiae, non est mirum illos concurrere per modum unius causae totalis, cum neuter actus pro ulla priori aptus sit prius operari, quam alter, sive concurrunt simul, licet ad maiorem gratiam, quam darent obulum ex iis sigillatum sumptum, hoc autem non contingit inter contritionem & Baptismum.

IX.  
Hinc infero: Si nihil aliud quam hoc velit sententia illa, quam superiore sectione impugnavi, non esse eam omni ex parte improbadam, re tamen veram aliud volumen illius Auctores, cum & contritionem in eo casu ad gratiae infusionem necessariam esse afferant, & Baptismum nullam gratiam conferre, quod est negare Baptismum unquam reviviscere contra Sanctum Augustinum, & Theologos communiter: quod vero ibidem diximus nullum peccatum remitti nisi per Sacramentum, vel votum Sacramenti, intelligi debet de voto salem implicito aut conditionato, contrito autem in hoc casu est hoc modo votum baptismi, licet sit iam suscepitus; contritus enim ita ex vi contritionis est dispositus, ut si non esset suscepitus Baptismus, eum suscepere.

## SECTIO QUINTA.

*Quid de ipso peccato fictionis, & alio tempore Baptismi commissis. sentiendum.*

I.  
Peccatum fictionis, & mortalium post Baptismum factum susceptum commissa remitti non queunt per solum Baptismum reviviscentem.

PRIMA conclusio: Probabilis mihi videretur peccatum ipsum fictionis, seu indignam suspicionem Sacramenti, & a fortiori mortalia omnia post Baptismum facta susceptum, antequam reviviscat, commissa, non posse tolli per solum Baptismum reviviscentem & attritionem, sed necessario requiri simul cum Baptismo concursum Poenitentiae aut alterius Sacramenti, vel contritionis, qua sit votum Poenitentiae: ita Sanctus Thomas quæst. 69. art. 10. ad secundum, Suarez disp. 28. lect. 5. Vasquez disp. 159. cap. 3. n. 22. Coninck quæst. 62. art. 1. dub. 6. num. 95. & alii.

II.  
Procedit ergo, cunctis de eo, qui intendat suscipere Sacramentum, habet animam grave aliquod peccatum committendi,

Declaratur conclusio: Accedit adultus quispiam ad Baptismum cum animo verè illum suscipiendo, simul tamen habet animum furandi, aut aliud peccatum committendi, sciens autem hoc impedire effectum Sacramenti ponit sponte obiciem, & committit peccatum Sacrilegii, quod vocatur peccatum fictionis, estque distinctum à reliquis secundum peculiarem malitiam impediendi effectum Sacramenti. Non tamen ad peccatum fictionis est necessarium, ut in instanti quo com-

pletur Baptismus habeat voluntatem committendi aliquod aliud peccatum, sed sufficit si adver tens attritionem vel aliquem alium actum esse necessariam dispositionem ad fructum Sacramenti, hanc tamen dispositionem negligat, & hoc peccatum tantum habet malitiam fictionis, seu Sacrilegii; si enim per aliud peccatum impedit fructum Sacramenti, peccatum illud habet duplum malitiam, nempe in propriâ specie, & sa- crilegi.

Ante probationem conclusionis supponendum, III.  
juxta Sanctum Thomam, & omnes peccatum fi- Peccatum fictionis alia  
ctionis esse subsequens aliquo modo Baptismum, quo modo  
licet in eodem cum eo instanti reali finitur, & subsecutus  
verè esse hominis baptizati: ad cuius intelligentiam notandum ex Suario disp. 28. lect. 5. Vasquez disp. 159. & aliis, peccatum fictionis quâ tale, naturâ subsequi Baptismum, & impressio- nem characteris; Baptismus enim & character impressus, est naturâ prior gratia, cùmque exigit, nisi ponatur obstaculum, unde peccatum fictionis quâ tale posterius aliquo modo naturâ ac, cedit, quam Baptismus & character, & interponit se quasi inter illum & effectum alioqui sequiturum, sicut ignis productus in materiâ ligni cum calore ut septem, petit statim habere calorem ut octo, si tamen unus gradus frigoris sit in subiecto, impedit quo minus calorem illum habeat.

Probatur itaque conclusio primâ: Peccatum IV.  
fictionis quâ tale est peccatum commissum post Baptismum, ut fatentur omnes, nam ut bene <sup>Peccatum</sup> <sub>fictionis est</sub> Vasquez citatus, prius est esse baptizatum, quam <sup>peccatum</sup> <sub>commis- sum</sub> male baptizatum, ergo est materia Sacramenti <sup>post Baptisa- mum</sup> Poenitentiae & subiectum clavibus, & consequenter Poenitentia ordinatur ad hoc peccatum remittendum, quod etiam affirmat Sanctus Thomas, & omnes, sed in contraria sententia sequitur nunquam posse Poenitentiam remittere hoc peccatum, ergo: sequela probatur, peccatum fictio- nis semper prius vel naturâ, vel tempore tollitur, quam ponatur Sacramentum Poenitentiae, ergo Poenitentia nunquam potest illud tollere, & con sequenter frustra à Christo fuisset instituta ad hoc peccatum auferendum.

Quod vero prius naturâ semper vel tempore V.  
tollatur peccatum fictionis antequam existat Po- <sup>Prius semper</sup> <sub>vel naturâ</sub> niten- <sup>vel tempore</sup> <sub>peccatum</sub> <sub>fictio- nis tol- litur, quam</sub> <sub>existat po- niten- tia.</sub>  
nitentia, probatur; nam juxta priorem senten- tiam ad hoc peccatum remittendum, inquit & omnia alia ante & post Baptismum facta susceptum commissa, sufficit attritio cum Baptismo revi- viscente, sed semper ante Sacramentum Poenitentiae completum elici debet attritio, ergo semper prius remittitur peccatum fictionis, quam ponatur aut poni possit Poenitentia, ergo sine ullâ causâ institutum fuisset hoc modo Sacra- mentum Poenitentiae, cum semper supponat effectum suum primarium, ad quem pricipue ordinatur, positum. Confirmatur: Propterea communiter rejiciunt Theologi opinionem illam, quæ ad va- lorem Sacramenti Poenitentiae requirit contritionem tanquam dispositionem necessariam, quia feliciter Sacramentum Poenitentiae nunquam tribueret suum effectum, nec peccatum remitteret, cum semper illud supponat remissum.

Dices primâ: Secundum communem senten- VI.  
tiam peccata vel per contritionem, vel Sacra- <sup>Objec- tio. Peccata prius</sup> <sub>remissa sunt</sub> <sub>materia Sa- cramenti</sub> <sub>poenitentia.</sub>  
mentum Poenitentiae prius deleta, sunt materia confessionis, & non licet solum, sed laydabili- ter subjiciuntur clavibus, & tamen in his semper collatum, cum